

παλαστα. ος εσ το ωγιο πνευμα ορακοσιον εις χριστον τον δευτον...
h 117. 87.
7 22.
* αφαιρησιν.

Fratri, & Commisstro usquequaque Sanctissimo, & Beatissimo Domino Adriano Pope veteris Rome.
Tarsius indignus Episcopus Constantianopolis nova Roma, in Domino S.

Multipliciter, multisque modis ex Evangelio, & Apostolorum, Patrumque preceptis docetur in sanctificatione Sacerdotii mores ab avaritia longe alienos preestare; neque in ullius Sacerdotialis viri ordinatione aurum, argentumve accipere, aut aliud quidpiam nobis vindicare: quod sententia ex Divinis Scripturis, & Patrum doctrinis infra subiecta demonstrant. Qui enim manus imponunt, ministrant Spiritus, non venditores Spiritus. Nam cum gratiam Spiritus acceperint; gratis etiam illis, qui ab ipsis accipiunt, dare iussi sunt ex voce Domini hac ipsa libertate, potestatisque accepta. Quod si quis eam auro emisse convictus fuerit; hunc ex Sacerdotali ordine excidisse pronuntiant; quamquam nomine Sacerdotium fortius est, sed in eum falso nomen illud conferri re ipsa comprobatur. Nemo enim potest Deo, & manibus servare, prout ex Evangelio didicimus. Et quantum ad videmus Deum per os Prophetæ clamantem: Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem: rursumque minantem, ac dicentem: Si sordidatoris videtis gladium venientem, & non infoverit baculum, & populus se non custodierit, veneritque gladius, & trahet de eis animam; ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu sordidatoris requiram: huius igitur, quæ ex silentio imminet, condemnationis metu, omnibus aurum, quæ apud nos sunt, Ecclesiarum Præfectis annuntiamus; ita ut scilicet divinum Apostolum imitantem, dicamus, mundi fumari à sanguine eorum, qui transgrediuntur Canonicas constitutiones, & multo magis eorum, qui ob pecunias ordinaverunt, aut ordinati sunt: quippe cum Petrus, divinus ille Apostolus, cuius & cathedræ fortia est fraterna vestra Sanctitas, hos deposuerit, ut Simonem Magum. Propterea non refugimus, quin veritatem predicemus, servantes, ac retinentes ea quæ à sanctis, & omnique benedictis Apostolis, & ab inclitis Patribus nostris canonicè sunt tradita. Et si quid horum ab aliquibus violatum est, averfamur. Fraterna igitur vestra summo Sacerdotio congruens Sanctitas, legitime & aptè ad voluntatem Dei Sacerdotalem sanctificationem administrans, celebrem adeptæ est gloriam. Dixit enim per Prophetam primus & magnus Pontifex Christus: Vivo ego, nisi eos, qui me glorificant, glorificabo. Nosti enim ò vir eorum desideriorum, quæ Spiritus sunt, longè tolerabiliorum esse Macedoniam, & eorum, qui ab illo, Sancti Spiritus impugnatorum heresim. Nam cum illi Sanctum Spiritum Dei, & Patris creaturam, & servum nungentur, hi suum ipsorum, quantum putant, servum ipsum faciunt. Omnis enim Dominus, quidquid habet, cum liberit, vendit, sive famulum, sive aliud aliud ex his, quæ possidet. Similiter & qui emit, volens empta rei Dominus fieri, argenti pretio eam acquirit. Ita qui hoc nefarium facinus admittunt, Sanctum depriment Spiritum, æquè peccantes, atque illi, qui Christum in Beelzebub ejicere demonia ore blasphemò dicebant; vel, ut verius dicam, Judæ proditori sunt similes, qui Dei interfectores Judæis argenti pretio Dominum vendidit. Quando igitur Spiritus Sanctus confubstantialis est Christo Deo nostro; periculum omnino est, eos in eadem parte, ac forte numerandos esse, ut demonstrevimus. Quod si non venditur, quemadmodum certe non venditur, compertissimum quoque est in istis Sancti Spiritus gratiam non esse, aut Sacerdotii sanctificationem: Et quod non acceperunt, non habent. Meminerint Sancti Petri ad eum, qui id procurarat, hoc modo dicentis: Non est tibi pars, neque sortis in servitute isto. Nam si venditur Sacerdotii dignitas, supervacua igitur apud ipsos est honesta vitæ institutio, & virtutis, virtutisque cultus: supervacua apud ipsos & Paulus divinus Apostolus, docens oportere Episcopum esse sine crimine, temperantem, modestum, aptum ad docendum, continentem, sobrium, insistentem fidei secundum

al. dignitate.
m. Matth. 6.
n. Eps. 40.
o. Ezech. 33.
p. 1. Reg. 2.
q. 1. Reg. 2.
r. 1. Tim. 3.
s. Tit. 1.

doctrinam sermoni, ut potens sit & exhortari in doctrina sana, & contradicentes refellere. Percunt igitur hæc omnia ex eo, quod Sacerdotium venditur, & emitur. Subjectæ igitur sententiæ ex Sanctis collectæ alienum tempore à Sacerdotio pronuntiant eum, qui quocumque tempore dederit, vel acceperit, sive ante Ordinationem, sive in Ordinatione, sive post Ordinationem. Accipere enim est, quodcumque accipere. Sed & omnes Ecclesiasticas promotiones, in quibus pecunia intervenit, irritas esse jubent.

XXII. Item ex Concilio BRACARENSE II. c. 3. [an. 572. in Hispania.]

Et qui dat, & qui accipit, ut Ordines sacri præstentur, anathema sit.

Placuit, ut de Ordinatione Clericorum, Episcoporum muneribus nulla accipiant: sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non alio quo gratia Dei, & impositio manuum veniuntur: quia antiqua definitio Patrum ita de Ecclesiasticis Ordinationibus statuit, dicens. [Anathema sit danti, & accipienti.] Propterea, quia aliquanti multis sceleribus oberti, sancto altario indignè ministrantes, non hoc, testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent, oportet non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium Clericos ordinare.

PITH. 12. Oportet.] V. C. addit ergo.

Ex illa autoritate B. Ambrosii, & Gregorii patet, quod Simoniaci (sicut & alii Hæretici) à fide exorbitant; & idè consequenter de illis intelligitur, quod de aliis decernitur. §. 1. Item opponitur, quod Prophetia domus Spiritus S. est: hæc autem in veteri Testamento à sanctis Prophetis vendi consueverat. Unde Saul ad Samuelem pro vaticinio expetendo non nisi cum munere ire præsumptit. Uxor etiam Jeroboam ad hominem Dei non nisi cum munere accessit. Item Christus à Juda venditus auricularum Servanavit. Exemplo itaque Saulis, & uxoris Jeroboam patet, quod donum Spiritus Sancti emere, vel vendere non est peccatum. Exemplo Christi liquet, quod Spiritus Sanctus est iniuste à Simoniacis venalis putetur, virtutis tamen suæ non obliviscitur, nec definit effectum suæ gratiæ etiam venditis præstare. Sed de Prophetia competenter solvit, malos tantum accipere, non bonos denuntians

XXIII. B. Hieronymus in cap. 3. Michæ. [an. 408. in Palaestina.]

Mali Propheta, non boni Prophetiam vendebant.

Judices, inquit, ejus in muneribus judicabant, & Sacerdotes ejus in mercede respondebant, & Propheta ejus in pecunia divinabant, & super Dominum requiescebant, dicens: Nomen Domini in nobis est: non venient super nos mala. Adverbo propter vos Sion quasi ager arabitur, & Jerusalem, ut custodia pomarii erit. Nemo ambigit Jerusalem propter scelera, quæ in hoc Capitulo describuntur, fuisse subvertam. §. 1. Poterat utique Petrus Simoni Mago vendere, quod petebat; imò poterat simulare vendentem (Spiritus enim Sanctus nec venundari, nec emi potest;) sed oblatam pecuniam cum offerente damnavit. §. 2. Nec quemquam moveat illud, quod in primo Regum libro legitur. Saulem volentem ire ad Samuelem dixisse Puero suo, ad eum se ire non posse; quia pretium quod offerret pro vaticinio, non haberet; & Puero respondisse: Ecce inventa est in manu mea quarta pars scilicet pecunie, & dabo viro Dei, & annuntiabit nobis viam nostram. Non enim scriptum est, quod Samuel acceperit, aut quod illi obtulerint: quin potius à Propheta pascentur, & invitatur ad prandium. Sed fac eum accepisse: stipes magis æstimandæ sunt tabernaculi, quam munera Prophetiæ: scilicet enim viginti obolos habet; & quarta pars scilicet, quinque sunt oboli. Et nostri igitur Sacerdotes, si volunt vendere Prophetiam, & columbas in cathedris suis proponere, quas Dominus flagello subvertit, quinque tantum obolorum sint mercede contenti: qui æ utinam non pretia villarum, sed quinque obolos acciperent. §. 3. Hoc ipsum sonat, & in tertio Regum libro, quod uxor Jeroboam infirmante filio pergit ad Ahiam hominem Dei, & defert ei decem panes β, & crustulam, & vas mellis; quia hæc magis in sumptum Prophetæ, quam muneris Prophetiæ reputanda sunt. Licet potuerit hi, qui ad Ariolos ire confueverant (quia multi Divini, & Arioli erant in Israel) mala consuetudine astimasse idipsum etiam de Prophetis, & voluisse Sanctis viris offerre, quod Divinis offerre consueverant. §. 4. Unde in quarto ð libro Regum legitur, quod Helisæus venit Damascum, & Benadad Rex Syria agrotabat, ammonitoveruntque ei dicentes: Venit vir Dei hic: & ait Rex ad Asaëlem: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum pro eum, dicens, si vadere de infirmitate hac poterò. Igitur Asaël in occursum ejus, habens secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadragesima camelorum. Sed non est credendum accepisse: licet de eodem Helisæo legitur, quod Naaman mundatus à lepra obtulit ei munera dicens: Obsecro, ut accipias benedictionem à servo tuo. At ille respondit:

Ivo, p. 5.
c. 128.
d. Matth. 10.
e. Sup. c. qui-cumque.
f. al. obnoxii.
g. oportet et-non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium Clericos ordinare.
GRATIAN.
4. Pars.
a. al. hoc.
b. 1. Reg. 9.
c. 3. Reg. 14.
d. Luc. 22.
e. Mich. 3. Sc-cuniam LXX.
f. 1. Reg. 14.
g. al. Regno-rum.
h. 1. Reg. 9.
i. 3. Reg. 14.
k. 4. Reg. 8.
l. al. Regno-rum.
m. 4. Reg. 5.

respondit: Vicit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cùmque vim faceret, peritius non acceperit. §. CORR. ROM.] Caput hoc in uno vetusto exemplari conjunctum est superiori, & loco primæ dictionis, Judices, legitur, Duces: quemadmodum est apud B. Hieronymum in versione LXX. §. Quinque tantum obolorum sunt mercede contenti, qui. Ita omnia abstant à recentioribus editionibus B. Hieronymi, atque etiam à vetustioribus, præter dictionem, qui. Sed non sunt expuncta, quia sententiæ non officunt. §. Decem panes. Sic in vulgata Latina B. Hieronymus in Græca autem vulgata, & crustula, & vase passie commemorantur, æteris, inquit, & vasella roris roris, æt, & crustula. §. Quia hæc magis. Ita utque ad vers. Licet, non habentur hic apud B. Hieronymum, sed loco eorum hæc: Dicitur enim, quid secum illa portaverit: & tamen Propheta non scribitur accepisse: quippe cum & corripuerit eam, & venturum hunc prædixerit. Licet, &c. §. Unde in quarto.] Hæc utque ad finem non sunt inventa apud B. Hieronymum.

XXIV. IDEM in eodem capite. [an. 408. ibid.]

Quod Divinatio in bonum non accipitur.

Namquam Divinatio in Scripturis in bonam partem accipitur: Non est augurium in Jacob, neque Divinatio in Israel. Videbantur sibi quidam esse Propheta: sed quia pecuniam accipiebant, Prophetia ipsorum facta est Divinatio.

CORR. ROM.] Hoc etiam caput in aliquot vetustis est conjunctum superiori, & legitur ut in originali, Numquam enim.

Cum ergo secundum Hieronymum boni Prophetæ non munera Prophetiæ accipiebant, sed stipes tabernaculi: malis autem, qui accipiebant, Prophetia, quæ Dei erat donum, in Divinationem, quæ Diabolica est, convertebatur; quid aliud colligitur, nisi quod Simoniaci (quod superius dictum est) nulla spiritualis gratia cooperatur? Cum enim in Sacramentis, neque qui plantat, neque qui rigat, sit aliquid; sed qui incrementum dat, Deus; qui operatur in eis, fit Dominus, qui incrementum dat, in eis non lucret, sed est otiosus? Item, quod dicitur de Christo, quod miraculis venditis auricularum restituit Malcho, & fecit cura; sic & Spiritus Sanctus possit vendi, & in ipsa venditione suam gratiam operari, non valet hæc similitudo. Non enim hoc operatur Spiritus Sanctus spiritualiter in perditis mercionibus avaritæ, quod Christus gessit corporaliter certi mysterii causa ad exemplum patientiæ. Si enim omnifaria est similitudo, cum credatur posse vendi, sicut Christus; credatur etiam Spiritus Sanctus posse crucifigi: quod impossibile est. Potest etiam intelligi ut à similitudine non recedamus) quod sicut Christus venditus non venditori, vel ementi, sed eis, qui scientes aderant, dona sue gratiæ contulit, pro quibus etiam in cruce supplicavit; sic & Spiritus Sanctus non vendenti, vel ementi, sed his, qui de manibus eorum, ignorantia ducti, Sacramenta Dominica accipiunt, sue gratiæ effectum largitur. §. 1. Item objicitur, quod est malum sit Ecclesiastica emere, tamen sepe finitira principia ad felices perveniunt exitus. Ut Jacob 9 per plantationem pervenit ad benedictionem; ut leges, quæ leprosa manu ferunt, munda tamen metitur; ut ex adulterio concubitu pulchra soboles nascitur: sic & pecunia, quæ per Simoniam acquiritur, felicem habet exitum, cum pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum Simoniacis patrocinatur. Ait enim

XXV. LEO I. Episcopus ad Mauros Episcopos lib. 7. Epist. 85, al. 87. [an. 442. Româ in Africam.]

Que malo inchoantur principio, non peraguntur bono exitu.

Principatus, quem aut feditio extorsit, aut ambitus occupavit; etiam si moribus, atque actibus non offendit: ipse tamen initio sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo vult inchoantur principio.

PITH. 13 Ad Mauros Episcopos.] V. C. universis Episcopis per Casariensem Mauritaniam constitutis.

XXVI. Item GREGORIUS I. Antiocheno Episcopo, lib. 7. Epist. 47. indict. 2. [an. 599. Româ in Syriam.]

Non superadificatur bonum opus, ubi Christus fundamentum non est.

Cum Paulus dicat: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus: consequenter probatur; quia ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superadificandum.

CORR. ROM.] Apud B. Gregorium sic legitur: Predicator autem egregius dicit fundamentum, &c. Quisquis ergo cum dilectione Dei, & proximi, fidei, que in Christo est, firmitatem tenet; eundem Jesum Christum Dei & hominis filium apud se positum fundamentum. Sperandum ergo est, quod ubi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur edificium. Pars I.

Ansel. l. 7. c. 17.
Dist. 61. c. spirantur.
al. ipso.
1. Reg. 14.
4. Reg. 8.
al. Regno-rum.
1. Reg. 9.
1. Reg. 14.
4. Reg. 8.
al. Regno-rum.
4. Reg. 5.

XXVII. IDEM Syagrio, & aliis Episcopis, lib. 7. Epist. 110. [an. 599. Româ in Galliam.]

Non potest fieri elemosyna ex pecunia simoniacè acquisita.

Non est putanda elemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus accipitur; quia qui hac intentione male accipit, ut quasi bene dispenset, gravatur potius, quam juvatur. §. 1. Unde etiam illud certum est, quia etiam Monasteria, aut Xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro sacris Ordinibus datur, contruantur, mercedi non proficit. §. 2. Ne ergo sub obtentu elemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte Sacra Scriptura nos prohibet, dicens: Hostia impiorum abominabilis, qua offeruntur ex scelere. Quidquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat. Hinc rursus scriptum est: Honora Dominum de tuis justis laboribus. Qui ergo male tollit, ut quasi bene præbeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi viciniam filium in conspectu patris. Quantum autem dolor patris sit, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur. Et hinc facile cognoscimus, quantum apud Deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est, dilectissimi Fratres, sub obtentu elemosynæ, peccata Simoniacè hæretice perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosynas facere: aliud propter elemosynas peccata committere. §. 3. Quisquis ergo Sacerdotum non ad elationis pompam, sed ad utilitatem spiritus desiderat; prius vires suas cum hoc, quod est subditum, onere metiatur, ut si impar est, abstineat; & ad id cum metu etiam, cui se sufficere existimat, accedat.

CORR. ROM. a Juvatur.] Si hic interponatur caput, elemosyna infra xiv. q. 5. erit integer hic locus. §. Committitur.] Hic apud B. Gregorium intericiuntur c. hoc quoque, dist. 59. & c. sicut Neophytus, dist. 48.

XXVIII. Item IDEM Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum, lib. 7. Epist. 114. [an. 599. Româ in Galliam.]

Pastor simoniacus nullam ovibus præbet medicinam.

Fertur Simoniaca heresis (quæ prima contra Dei Ecclesiam Diabolica plantatione subrepsit, & in ipso ortu suo, zelo Apostolicæ ultionis percussa, atque damnata est) in Regni vestri finibus dominari: cum in Sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides meritum non habet, B. Jacobo attestante, qui ait: Fides sine operibus mortua est. Quæ enim opera esse valent Sacerdotis, qui honorem tanti Sacramenti convincitur obtinere pro præmio? §. 1. Hinc igitur non solum in Ordinatoris, & Ordinati animam lethale vulnus infligitur, verum etiam Excellentiæ vestræ Regnum, Episcoporum culpa (quorum magis intercessionibus juvari debuerat) pragravatur. Si enim dignus is Sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur; restat, ut nihil sibi in Ecclesiasticis honoribus gravitas, nihil defendat indultia, sed totum auri profanus amor obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, in locum ultoris, is, qui fortasse fuerat ulticendus, adducitur: atque hinc Sacerdotes non proficere, sed perire potius judicantur. Vulnerato namque Pastore, quis curandis ovibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui jaculis se hostilibus ferendum exponit? aut qualem de se fructum producturus est, cujus gravi peste radix infecta est? Major ergo metuenda est locis illis fore calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam provocant, quam per semetipsos populus placare debuerant.

PITH. 14 Plantatione.] V. C. supplantatione. Episcoporum.] V. C. vestrorum Episc.

Cum ergo secundum Leonem Simonia non bono peragatur exitu, secundum Gregorium nullum boni operis sequatur edificium; nec sit putanda elemosyna, quæ ex pretio Simoniacè erogatur pauperibus; vulnerato Pastore medicina non adhibeat curandis ovibus; de infecta radice fructus non producat; major etiam calamitas in futuro metuatur; de tam finitiro principio quis felix exitus speratur? Hinc etiam ait

XXIX. AUGUSTINUS. [c. an. 400. in Africa.]

Simoniacorum Sacramenta effectû gratiæ carent.

Sicut emuchus fuit, qui Joseph comparavit; ita qui gratiam mercatur, vivum semen non habet fideis genitalibus. Sic quoque ignis sacrificii, qui per septuaginta annos Babylonice captivitatis sub aqua vixerat, extinctus est. Antiocho Jafoni vendente Sacerdotium: quod significavit Spiritus Sancti ignem non lucere in Simoniacis Sacramentis.

Quid in his similitudinibus B. Augustinus notare voluit: nisi quia Sacramenta Simoniacorum (sicut & ceterorum Hæreticorum) licet sint vera quantum ad formam; inania tamen, & falsa sunt, quantum ad effectum, cum non possint

Joan. Diat.
Polyc. l. 2.
Ansel. l. 5. c. 30.
Pann. l. 2. c. 194.
Ivo, p. 5. c. 112.
Proo. 22.
Proo. 3.
Eccii. 34.
al. Theod. dehorto.
Polyc. ibid.
Ansel. l. 6. c. 78.
Ivo, p. 5. c. 111.
al. Simoniacam heresim.
al. telo.
al. regimen vestrorum Episcoporum.
GRATIAN.
Gen. 19.
1. Mach. 1. & 4.
al. Simoniacorum.
GRATIAN.
c.